Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26088
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Ne extendas aduersus aliquem fructum cum ipse tibi nichil mali fecerit.
Non uetat extendere aduersus eum quem mala fecit ut corrigatur. Quia
hoc nimirum fructum non fit quod certa cogit necessitas ut fiat. Immo
et ille quam si peccauerit frater tuus increpa illum. Multo ut certamen
quantum uales ad uiam uertatur reuocare extendat. Quia abominatio
domini est omnis illusor. Omnis ingit illusor. Quia illusor est qui uerba
dei quae nouit implere contempnit. Et eadem puerse intelligendo aut
docendo corrumpit. Et illusor et ille qui pmissa eius quasi parua
despicit aut iram districtionis eius quasi tolerabile spnit. nec non et
ille qui proximos simplicitatem et pauptatem impius insultat. Idoqui
omnem huiusmodi illusorem merito diuina abhominatur iusticia.
Bene autem subdit et cum simplicibus sermocinacio eius. Quia
sepe supbi dum simplicibus illudunt prudentiores se illis quasi
irrident iudicant. Sed hoc prudentia iuxta quod iacobus ait
terrena est animalis diabolica. Sermocinacio dei cum simpli
cibus est. Quia illos celestis sapientiae secretis illustrat. quasi terreni fastus
ac duplicitatis nichil habere considerat. Hinc eterni dic. Abscon
disti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis.
Gestas a domo impii. Iuxta exemplum purpurati
diuitis qui et in hac uita spualibus egebat bonis et in futuro
ad tanta puenit inopia. ut de digito labari quidem pauperis
una aqua guttam requireret nec mereretur accipere. Tabernacula autem
iustorum benedicentur. Iuxta hoc quod apostolus fidelibus de domino loquens
ingit quia benedixit nos omni benedictione celesti in celestibus in xpo.
quia et in remuneratione ab ipso audituri. Venite benedicti
patris mei percipite regnum. Sed et iuxta literam sepe contingit eos
quia aliena diu rapiunt ad ultimum inopia consumi. At illos qui
sua largiuntur etiam bonis habundare terrenis. Illusores ipse